<36606368910017

(Osiander)

Lehnerdt

DE

ANDREA OSIANDRO

THEOLOGO NORIMBERGENSI ATQUE REGIOMONTANO

COMMENTATIO HISTORICA THEOLOGICA.

PARTICULA I.

QUAM SCRIPSIT

ATQUE EX AUCTORITATE

S. V. ORDINIS THEOLOGORUM

IN ACADEMIA ALBERTINA

PRO LOCO PROFESSORIS THEOL. EXTRAORD. RITE IMPETRANDO

DIE IV. MENS. AUG. A. MDCCCXXXVII.

H. L. Q. C.

PUBLICE DEFENDET

JO. LUD. CAROL. LEHNERDT

THEOL. LIC. PROF. PUBL. ORD. DESIGN.

ASSUMPTO AD RESPONDENDUM SOCIO

CAROL. FRID. HENR. BITTCHER

MIERUNSKENENSI.

ADVERSARIORUM PARTES TUEBUNTUR

HENR. DIT. OTTO FERD. DE BEHR

TRAUPELENSIS

ET

CAROL. SAM. HENR. BUETTNER

SILESIACUS.

REGIMONTII PRUSSORUM

TYPIS DALKOVSKIANIS.

T h e s e s.

I. Paulus Apostolus in ep. ad Rom. c. VII, 7. sqq. de conditione nondum renatorum exponit.

II. Injuste vituperantur, qui narrationem de natalibus atque infantia Jesu Christi (Matth. c. I. II. Luc. c. I. II.) negant ad apostolicum κήρυγμα de Christo Salvatore pertinere.

III. Formula ista media, a Carolo V. Imperatore in Comitiis Augustanis a. 1548. *promulgata, quam I n t e r i m vocare solent, principiis doctrinae et disciplinae evangelicae contraria est.*

IV. Legitima ratio interpretandi tractandique libros Novi Testamenti, quae est vere nominis sui, non est quae dicitur historica grammatica.

V. Quod potissimum crimini datum Osiandro est, eum sua de justificatione doctrina unionem hypostaticam divinae et humanae naturae Jesu Christi dissolvere, hoc in eum non cadit.

PROOEMIUM.

§. 1.

Novae hujus de rebus Osiandri disquisitionis causae et rationes in universum exponuntur.

Inter viros illos egregios, qui saeculo p. Chr. n. sexto et decimo in repurganda doctrina et disciplina christiana operosum gloriosumque laborem consumserunt, quorumque nomina nulla unquam dies delebit, unus mihi semper, maximeque ex quo numerosa eius scripta diligenti continentique lectione cognovi, praecipue dignus est visus, cujus memoria nostra aetate quam accommodatissime ad fidem historiae renovaretur. **Andream Osiandrum** dico, **Theologum Norimbergensem** atque **Regiomontanum**, cui, quod

norunt omnes, hoc accidit mirum, ut et in meritissimis publicorum sacrorum restitutoribus, et idem in perniciosissimis ecclesiae evangelicae turbatoribus sit numeratus. Atque id ipsum inprimis esse, quod scripta hujus viri studiis meis haud mediocriter commendarit adeoque effecerit, ut in rebus ab eo gestis ad fidem historiae cultiusque theologiae nostrae aetatis ingenium accommodate pervestigandis declarandisque elaborarem, non habeo quod negem. At vero haud scio, an, quibus mea haec opera parum probetur, inter nostros homines inveniantur. Namque existere possit, qui magnam esse quaestionem dicat, utrum Osiandri rerumque ab eo gestarum memoriam hoc tempore cum voluptate et fructu renovare aliquis possit: nec enim facile fore, quem historia rerum hominis delectet, qui, cupiditate rixandi, pertinacia concertandi, importunitate animi, moribus agrestioribus excellens, atrocissimum se sterilium jejunarumque argutiarum defensorem praestiterit, atque adeo saevissima bella theologica tristissimamque discordiam in ecclesia evangelica concitarit; nec posse nisi inscitia aut arrogantia judicare, qui, post consumptum ab aliis et iis doctissimis sagacissimisque viris in hoc eodem argumento laborem fructuosissimum, novam hac in re lucem accendere posse videatur. Audio, nec non lubens profiteor, et inesse multa in rerum

Osiandri historia, quae offensionem fastidiumque habeant, et ab aliis scriptoribus, atque iis in hoc literarum genere probatissimis, multa jam praestita esse, quae ad illustrandas Osiandri res egregie faciant. Sed hoc non impedit, quominus idem secus sentiam, inque novae hujus, quam instituere placuit, de rebus Osiandri disquisitionis patrocinium dicere coner, quae non sine idonea ratione dici posse videantur.

Scilicet quod ajunt, res ab Osiandro gestas in istiusmodi argumento versari, ex quo aliqua voluptas quomodo hac aetate capi queat, difficile intellectu sit: hoc non magnopere curo. Namque in rebus historicis hanc sibi quisque legem scribat primariam est necesse, ut, quae ante acta sunt, quaeque aut propiore aut remotiore nexu cum praesenti rerum statu continentur, ea, summo veritatis incensus studio, quam accommodatissime possit ad fidem historiae exquirat perpendatque. Atque hanc ipsam legem non ea, qua par est, religione ab iis observari, qui nihil prius habent, quam ut ex rebus ante actis, quas ad considerandas sese accinxerint, tales unice deligant, ex quibus considerantes liceat aliquam voluptatem percipere, quis non videt? Quotus enim quisque est, qui, si naturam et indolem veritatis historicae probe perspexerit, vero prae jucundo

principatum dignitatis dare gravetur? Certe non sunt audiendi, si qui aliter existimant, neque reprehensione hi tales carere possunt, quoniam non solum, quod manifesto inferius dignitate est, superiori anteponunt, sed etiam talem omnino veri speciem cogitatione perceperunt, quae aperte impedimento est, quominus etiam severiori acerbiorique veritatis historicae vultu assuescant, adeoque reconditiorem ejus dulcedinem, et eam plane singulari quadam animum jucunditate perfundentem, percipiant persentiscantque. Quae quum ita sint, non profecto est, quod ita multum tribuamus iis, qui, novam de rebus Osiandri disquisitionem et ingenio et studiis hujus aetatis parum convenire, argumentis ex voluptate sumptis confirmare voluerint: imo istae me rationes adeo nihil moverunt, ut ad memoriam Osiandri singulari hac opera renovandam acrius intentiusque animum adjunxerim meum. Accedit illud. Ut jam superiore aetate fuerunt, quos in rebus Osiandri considerandis motorum ab ipso bellorum theologicorum potissime pertaesum esset, sic etiam nunc, nisi fallor, multi inveniuntur, qui, quoniam in religione christiana rebus ex genere morali omnia tribuere consueverint, controversiis dogmaticis, quales ab Osiandro excitatas reperimus, plurimum offendantur taedioque earum teneantur; atque hi tales haud scio, an ex eorum

numero sint, quibus omnino sordeat omne id, quod habeat aliquam notam subtilitatis dogmaticae. Sed admoniti hi sunto de notissimo illo *Πόλεμος πατὴρ πάντων*, quippe quod non satis concoquere posse videantur, viderintque inprimis id, ut de iis, quae agenda sunt homini christiano, disciplinae christianae convenienter praecipiant: quod quomodo recte perfici possit, nisi, quae sit natura et indoles credendorum, antea plene absoluteque cognitum fuerit, equidem non exputo. Ceterum, quod supra concessi, non pauca inesse in rerum Osiandri historia, quae offensionem fastidiumque habeant: id tantum abest quidem, ut hisce monitis in dubium vocare velim, ut idem ratum censeam atque firmum esse; sed tamen aliquantum reor mitigatum iri fastidium illud, si quis, nihil huc afferens praejudicati, in pervestigandis dijudicandisque rebus ab Osiandro gestis eam unice normam adhibere voluerit, quae ad fontes fide maxime dignos, unde illas hauriri liceat, omnino accommodata sit. Atque hinc quidem, si quid video, aptus datur transitus ad occurrendum iis, quibus post laborem, quem alii dudum in enarranda vita Osiandri illustrandaque eius doctrina feliciter consumserint, opera mea, tractando huic eidem argumento insumpta, supervacua esse videatur.

Quamvis, mihi crede, ad agnoscenda hominum merita ad eorumque peccata ignoscenda me propensior nemo facile reperiatur, neque ego talis videar mihi esse, qui in ullo literarum genere rem penitus excutere, atque omnia exhaurire cum pulvisculo possit, tamen ab animo impetrare non possum, ut eos scriptores, veteres pariter ac recentiores, quos non mediocrem operam curamque in exponendis illustrandisque rebus Osiandri posuisse videmus, sic ea in re versatos esse putem, nihil ut sit relictum, quod accuratiorem et subtiliorem disputationem admittat requiratve. Imo, salvis doctissimorum virorum meritis, hoc vere videor posse contendere, non solum fieri nunc quoque posse, ut, quae ex rebus ad vitam Osiandri pertinentibus aliunde jam cognita sint, testimoniis huc spectantibus, atque iis cum acerbiore delectu productis, vel confirmentur, vel augeantur, mendaeque singulae quaedam ex genere vel graviorum vel leviorum, quas in narrationibus de hoc viro tanquam traditas invenimus, tollantur; sed etiam id potissimum hoc tempore fieri debere, ut, adhibita certiore nunc, quam quae ante potuit, dijudicandi norma, quae sit vera doctrinae Osiandri natura et indoles, quodve justum eidem pretium statuendum, clariore in luce ponatur. Est enim memorabile, si a paucis

discesseris [1]), plerosque omnes, qui de Osiandro rebusque ab eo gestis scripserunt, non satis conqueri de hoc viro posse, qui, si talis omnino fuisset, qualem illi faciunt, non posset sane nisi insigne dedecus ecclesiae evangelicae haberi. Praeterquam enim quod libros illorum acerbissimis de moribus Osiandri refertos judiciis invenimus, usu receptam hanc sententiam, atque eam tanquam fundamenti loco positam, ad quam revocandum omne judicium de Osiandri doctrina sit, videmus, hunc virum, cumulatum quidem multifariae doctrinae laude, sola tamen cupiditate rixandi, solo supra alios se efferendi studio, sola denique effusa sui suorumque cogitatorum admiratione ductum, eo pervenisse, ut capita aliquot doctrinae christianae, inque his inprimis illud, quod est de justificatione, ad artem plane novam et abs traditis adhuc praeceptis abhorrentem revocaret. Atque hanc rationem, animadverti licet, non eorum solum scriptorum esse, qui, velut Morlinus, Flacius, aliique aetati Osiandri suppares, acerrimi ejus adversarii exstitere [2]), verum idem etiam aliquo modo de

1) Quos inter satis habeo duumviros egregios hic nominasse, b. Chr. Aug. Saligium, Theologum Guelferbytanum superioris saeculi, et cl. Ferd. Chr. Baurum, Theologum nunc Tubingensem, quorum libros §. 2. indicabit.

2) Morlinum, de quo in posteriore narratione uberius

parte longe maxima scriptorum recentiorum valet, inter quos b. Theoph. Jac. Planckius,

---

dicetur, et Flacium Illyricum inter eos excelluisse, qui nihil antiquius existimabant, quam ut pessimis Osiandrum criminationibus et conviciis insectarentur, eumque ut hominem, cuius protervis dictis et factis sincera evangelii doctrina, a Luthero operose in lucem protracta, turpiter adulteraretur, per totam Germaniam in ora hominum mitterent, confessa res est. Quanquam nemini hoc mirum videbitur, ingenia istorum hominum qualia fuerint diligentius consideranti. Jure tamen meritoque mirabimur, quod etiam egregius Calvinus, quae isti homines maledice de Osiandro dixerant, imitari potuerit, sic alicubi in epistola ad Melanchthonem scribens: „*Quod se Osiander nobis subduxit, imo non sine violento impetu se proripuit, non mirum, nec tantopere dolendum. Tu enim expertus pridem es, ex eo esse ferarum genere, quae nunquam cicurantur, et ego semper inter nostra dedecora eum numeravi. Quo certe die primum mihi visus est, profanum hominis ingenium et foedos mores sum detestatus. Quoties suave ac generosum vinum laudare vellet, has in ore habebat voces: Ego sum, qui sum; item: hic est Filius Dei vivi: quae manifesta ludibria Dei proderent. Quo magis saepe miratus sum, vestra omnium indulgentia talem belluam foveri.*" (Vid. Calvini *Epist. et Respons. Genev.* 1576. *mod. max. p.* 108). Non possum mihi temperare, quin, quod Saligius ad haec verba Calvini non temere monuit, huc transscribam: „*Calvini Worte sind überaus hefftig, und Osiandri Beschuldigung noch hefftiger. Ich mag aber wohl gestehen, wenn ich die — — Schriften Osiandri (ausser diejenigen, welche er wider die Papisten*

ill. Theologus Gottingensis, summum locum obtinet. Tametsi enim hunc virum, cuius quot et quanta de historia theologiae Protestantium feliciter excolenda merita sint, nemo me ipso perspectius habeat, nisi inter eos referre vellem scriptores, qui ad declarandam rerum Osiandri historiam plurimum contulerunt, justa reprehen-

---

geschrieben, da er z. E. Dr. Ecken immer einen Esel-Sophisten schilt, aber auch solche Schelt-Worte mit allen andern Reformatoren gemein hat) lese und betrachte, dass ich von ihm eine gantz andere Idee habe, als dass er so gar gotteslästerliche Worte beym Trunck sollte ausgestossen haben. Wer wollte sich das von einem so grossen Theologo einbilden können, der doch sonst soviel Gutes geschrieben und gestiftet!" — Etiam in *Institutione sua christianae religionis* Calvinus plus semel Osiandrum carpit (praecipue in lib. III. c. II. §. 5—12), et quidem uno loco (lib. II. c. 12. §. 5.) tam maledico dente, ut non satis mirari possim. Hîc enim Calvinus, „*Eo usque*, inquit, *erupit quorundam vesania, dum praepostere acuti videri appetunt, ut quaererent, an naturam asini (!) assumere potuerit Dei Filius. Hoc portentum, quod pii omnes tanquam detestabile merito exhorrent, hoc praetextu excusat Osiander, quod nusquam diserte in Scriptura refellitur.*" Sed haec, undecunque petierit Calvinus, prorsus ementita dixerim; neque ullo uno enim loco in scriptis Osiandri, neque alius cujusdam scriptoris idoneo testimonio istiusmodi criminatio comprobari potest, quae, si quid video, pessima sententiae Osiandri de incarnatione Filii Dei interpretatione parta est.

sione carere nullo modo possem: tamen in una hac, de qua quaeritur, causa nisi eundem falsum dicere vellem, a vero ipse abhorrere mihi viderer [3]). Namque testimoniis, quot adhuc exstant de

---

3) Ne quis audacter magis, quam vere haec opinetur dicta esse contra virum, cujus nomen inter theologos nostrae aetatis jure celebratissimum est, ex libro ejus satis cognito, qui etiam historiam controversiae ab Osiandro excitatae continet, (*Gesch. d. Entstehung, d. Veränd. u. d. Bildung uns. protestant. Lehrbegr. Vol. IV.* [*Lips.* 1796]) singulos quosdam locos, qui ad comprobandam sententiam supra propositam potissimum facere videantur, huc transscribam. Pag. 254 sq.: „*Dieser* (*in Königsberg*) *neu angekommene Fremdling war* (*ein*) *in einem hohen Grad aufbrausender, und in einem eben so hohen Grad aufgeblasener Mann. Er hatte treffliche Kenntnisse in der klassischen und in der theologischen Gelehrsamkeit, aber er schien nie* (*!*) *durch einen andern Beweggrund zu dem Einsammeln dieser Kenntnisse angefeuert worden zu seyn, als durch das Vergnügen, das ihm der Gedanke, mehr als andere zu wissen, gewährte, und der rastlose Fleiss, mit dem er sein ganzes Leben hindurch sie zu vermehren fortfuhr, hatte keine andere* (*!*) *Triebfeder als den Wunsch, sich immer mehr über die Menschen um ihn her zu erheben, um von einer grösseren Höhe auf sie herabsehen zu können. Dieser ungezähmte Stolz des Mannes hatte auf die Form, welche die gesammelten Kenntnisse in seinem Kopf annahmen, einen eigenen Einfluss. Es genügte ihm nicht, nur mehr zu wissen als andere, sondern er wollte auch das, was andere wussten, anders wissen als sie, um* (*!*) *sich auf mehr als eine Art auszuzeichnen; daher strebte er*

rebus **Osiandri**, aequo liberoque judicio perspectis et pensitatis, haud equidem, quod idem Ven. **Bauro** accidisse video, adduci potui, ut crederem, *originem doctrinae* **Osiandri** *nonnisi ex animi fastu et immoderato supra alios se efferendi studio repetendam esse, hominique perverse inge-*

---

alles, was ihm vorkam, von einer Seite aufzufassen und darzustellen, die von derjenigen, von der es andere vor ihm aufgefasst hatten, am weitesten ablag. Zum Glück sicherte ihn sein natürlich gesunder Verstand, dass er dabei nicht auf allzuviele und allzugrosse Thorheiten gerieth, auf die ihn sonst dies seltsame Streben so leicht hätte führen können; aber bey einigen Ideen und Meynungen brachte doch endlich seine Begierde sich auszuzeichnen, auch seinen Verstand dahin, dass er sie in einer Form aufnehmen musste, die nur sie (!) ihnen gegeben hatte. Natürlich setzte er dann auch auf diese den grössten Werth! etc." — Pag. 256. sq.: „*Nach seiner Zusammensetzung schien sie* (intellige **doctrinam de justificatione**, qualem **Osiander** animo et verbis conceperat), *auch sehr merklich von der lutherischen abzuweichen, und dies (!) war es eben, was sie ihm am meisten empfahl. — — Wahrscheinlich würde er zwar auch jetzt schon* (dum vita **Luthero** suppetebat) *nicht ungern gesehen haben, wenn jemand einen Streit darüber mit ihm angefangen hätte, und ohne Zweifel (!) war es in manchen Augenblicken höchst kränkend für seine Eitelkeit, dass niemand von seiner eigenen Meynung Notiz nehmen wollte; allein dabey war er doch noch zu weise, um selbst jemand herauszufordern, weil er fürchten musste, das Luther selbst gegen ihn aufstehen möchte.*"

nioso ea unice placuisse, quae a communi aliorum sensu abhorrerent [4]). Cujus sententiae certa et luculenta in posteriore disputatione documenta afferentur. Unum hoc adiicere hic liceat. Qui post Planckium in eo elaborarunt, ut res Osiandri enarrarent atque illustrarent, eos, perpaucis exceptis, vix aliud quidquam egisse videmus, quam ut, quae ab illo disputata invenerant, aut repeterent simpliciter, aut sua aliorumve sapientia, et ea, si non ab omni omnino, at ab idonea tamen fontium, unde res hujusmodi hauriri debuerant, cognitione destituta, exornarent, vel potius, quod nonnullis quidem accidit, interpolarent. Atque inde est, quod nunc certus quidam et quasi stabilis de rebus Osiandri judicandi modus propagatur, quem ex scriptoribus recentioris memoriae, quantum equidem sciam, vix quisquam deserendum putavit [5]). Sed hunc

---

4) Desumpta haec verba sunt ex eleganti commentatione Bauri, cujus plenam praescriptionem §. 2. dabit.

5) Jam ut, qualis sit iste modus, clarius intelligatur, satis habeo, unum attulisse exemplum ex libro Car. Ad. Menzelii, qui inscribitur: *Neuere Geschichte der Deutschen von der Reformation bis zur Bundes-Acte* (*Vratisl.* 1826—35. *VI Voll.* 8). *Quarto volumini* hujus libri (*pag.* 315. *sqq.*), qui, dici non potest, quot inania inducat commenta in historiam emendationis publicorum sacrorum saec. XVI. susceptae, de Osiandro inserta narratio est (*cfr.*

modum mutandum esse, ut verior quam adhuc species et forma **Osiandri** existat, neve, doctrina

---

Vol. III. pag. 312. *sq.*), in qua vera cum falsis, aperta cum dubiis adeo confunduntur, ut haec ab illis internosci nequeant. Documento sunt haec verba, quibus auctor orditur narrationem: „*Herzog Albrecht von Preussen* — — *hatte durch Stiftung der Universität zu Königsberg, im Jahre* 1546 (annus 1544. scribi debuerat), *diesen Parteigeist herbeigezogen. Mehrere besonders streitsüchtige Theologen, Staphylus, Gnapheus* (nemo profecto intelligens harum rerum arbiter **Gnapheum** volet hominem *litigiosum* appellare), *Hegemon, Isinder und Brissmann, fanden dort sich zusammen, und verbitterten durch nichtswürdige Zänkereien und gegenseitige Verfolgungen dem Herzoge die Freude, die er von dem Gedeihen der von ihm errichteten Lehranstalt erwartet hatte. Der höchst gutmüthige aber schwache Fürst fühlte sich unvermögend, diese Streitgeister im Zaume zu halten. Endlich* (?) *fand er den Mann seines Herzens in Andreas Osiander, den er schon bei seiner früheren Anwesenheit in Deutschland lieb gewonnen hatte, und als derselbe im Jahre* 1549 (scribendum erat a. 1548), *aus Abneigung gegen das Interim, Nürnberg verliess, zu seinem Hofprediger* (nunquam Dux Albertus **Osiandro** *concionatore aulico* usus est) *und zum ersten Professor der Theologie in Königsberg* (quod non debuerat pro certo affirmari) *ernannte. Osiander war ein Mann von grossen Gaben und noch grösserem Ehrgeiz, der schon bei Luthers Lebzeiten den Gedanken gefasst hatte* (?), *diesen Reformator zu überbieten und zu verdunkeln, nach dessen Ableben aber die Aeusserung fallen liess: da der Löwe todt sei, gedenke er mit den Füchsen schon fertig zu*

ejus qualis vere fuerit, quodve justum ei statuendum pretium sit, in dubitatione diutius

---

werden (in eo peccavit hic auctor, quod monere omisit, hanc notitiam soli Schluesselburgio deberi, qui manifesto dubiae fidei testis est). *Ein Freund der Tafel und des Weines, also, dass er wohl, zum gerechten Aergerniss frommer Ohren, von den Sprüchen: ich bin der ich bin, und: dieser ist der Sohn des lebendigen Gottes, auf den Wein scherzhafte Anwendung machte, wenn er im Trinken es mit dem Preussischen Hofadel aufnahm* (vide supra, p. 10. sq.), *ersetzte er den Verlust der Zeit, die ihm dies kostete, durch Nachtsitzen und gewandte Benutzung jedes kleinen Zwischenmoments zur Arbeit, daher seine Gegner nachmals die Meinung unter das Volk brachten, der Teufel, mit dem er im Bunde stehe, und der ihn gewöhnlich in Gestalt eines schwarzen Hundes begleite, helfe ihm seine Geschäfte abthun, und sitze, wenn Osiander selbst unten mit den Leuten esse und trinke, in Gestalt desselben in dem oberen Zimmer und schreibe* (non negaverim quidem, Osiandrum vino admodum indulsisse atque ad vinum disertiorem fuisse, nec est in animo, huic rei latebram quaerere; verumtamen quis, quaeso, ita absimile dixerit vero esse, eosdem homines, qui Osiandro diabolum socium et consortem laboris attribuere non verentur, etiam illam rem affingendo nimis auxisse?). *Das, worauf er alle seine Gedanken richtete, war eine eigenthümliche Theorie von der Rechtfertigung, durch welche er die Schwierigkeiten der Lutherischen Auffassung dieses Gegenstandes zu heben, und sich selbst das Verdienst und den Namen eines Werkmeisters neuer Weltverhängnisse* (sic!) *zu erwerben glaubte. Die Triebfeder der Bewegung der Völker,*

versetur [6]), his ita expositis intellectum putaverim. Quare non jam vereor, ne quis intelligens

---

die heut in der Frage erscheint, wie der Mensch als Bürger Freiheit und irdisches Wohlseyn gewinnen könne, ward damals so gefasst (difficile est, orationem hic non interponere), *wie der Mensch als Christ die Gerechtigkeit, welche vor Gott gilt, und in deren Folge Seligkeit jenseits des Grabes erlangen möge. Osiander behauptete, dass der Sünder in der Rechtfertigung nicht, wie Luther gelehrt hatte, von Gott für gerecht erklärt, sondern wirklich gerecht gemacht werde, und dass dieses nicht durch den Glauben* (fidem justificantem non rejecit Osiander, sed opinionem, qua quis justificatum se putet, qui vere non sit), *sondern durch Mittheilung der wesentlichen Gerehtigkeit Gottes geschehe. Diese wesentliche Gerechtigkeit — Justitia essentialis — sei aber nichts anderes, als Christus selber, der sich durch eine Art von mystischer Vereinigung mit dem Menschen verbinde, gleichsam ganz in ihn übergehe, und ihm nicht nur sein Verdienst zueigne, sondern der Kraft und dem Wesen nach in ihm lebe und wohne, und selbst, in gewissem Verstande, ein Fleisch mit ihm werde. Diejenigen, welche von den Höhen, auf denen der Tagesweisheit geopfert wird, diese Theorie mit Gleichgültigkeit oder mit Verachtung betrachten, bedenken nicht, dass die Götzenbilder, vor welchen sie anbeten, einer gereiften Nachwelt noch weniger, als jene Gebilde des religiösen Forschungstriebes gelten werden."* — Verum haec satis. Si hoc non est alucinari, quid est aliud?

6) De doctrina Osiandri, dici non potest, quot vanas error finxerit atque invidia conflarit opiniones, quarum ex numero unam, et eam capitalem, hoc loco exsignare, non alienum videtur. Nimirum jam inter aequales Osiandro

et aequus harum rerum aestimator existat, qui operam meam, enarrandae vitae atque doctrinae **Osiandri** impensam, **ideo** supervacaneam dicere velit, quod iam alii, et ii viri apprime docti ingeniique acumine insigniter florentes, hoc

---

fuerunt, qui ejus doctrinam de justificatione cum Catholicorum sententia non verbis tantum, sed etiam re consistere opinarentur. Prima hujus opinionis vestigia in *Responsione ministrorum ecclesiae Christi, quae est Hamburgi et Luneburgi, ad confessionem Dr. Andreae Osiandri de mediatore Jesu Christo et justificatione fidei* (*Magdeb.* 1553. 4.), itemque in *Censura Theologorum Joannis Marchionis Brandenburgici de confessione Osiandri* (cujus plena praescriptio haec est: *Wiederlegung der Opinion oder bekentnus Osiandri, welches er nennet von dem einigen mitler Jhesu Christo, von der rechtfertigung des glaubens, von F. G. Marggraff Johansen zu Brandenburgk etc. Theologen, in gehaltenem Synodo zu Custrin vorsamlett, ausgangen. Francof.* 1552. 4.) deprehenduntur [*Vid. Planck. l. c. p.* 341. 351. *sq.*]. Atque idem commentum nuper admodum recoxit cl. J. A. Moehlerus, Theologus nunc Monacensis, in libro notissimo, qui inscribitur: *Symbolik, oder Darstellung der dogmat. Gegensätze der Katholiken und Protestanten* (*ed* 4. *Mogunt.* 1835. 8.), *p.* 155, *ubi haec leguntur: „Osiander — — hatte sich erlaubt, eine besondere Rechtfertigungstheorie aufzustellen, die, wenn wir seine dunkle Redeweise und das ihm selbst Unklare gehörig* (!) *erläutern, ganz die katholische war, was ihm auch oft genug vorgeworfen wurde."* At vero hanc sententiam non exactam ad veritatem esse, infra demonstrabitur.

idem argumentum sic tractaverint, nihil ut desiderari amplius possit.

His igitur ita explicatis, de novae hujus super rebus Osiandri disputationis causis et rationibus, quod opus ac satis esset, admonuisse mihi videor. Sed operae pretium fuerit, varia potiorum scriptorum studia in exponendis rebus Osiandri singillatim enumerare et percensere. Ea igitur nunc tanquam in tabula exhibebo conspicienda.

§. 2.

Syllabus potiorum scriptorum, qui et superiore et inferiore aetate de vita et doctrina Osiandri commentati sunt.

Haud exiguus quidem scriptorum numerus est, qui labentibus saeculis in rerum Osiandri investigatione et tractatione versati sunt; sed tamen recensum illorum priusquam exhibeam, in universum commemoratu dignum videtur, majorem eorum partem id inprimis egisse, ut, rebus iis, quae ab Osiandro ante illud tempus, quo ipse Norimberga decessit, gestae sunt quaeque illi tunc acciderunt, minus curiose pervestigatis, ad gesta ejus Regiomontana, quae in quatuor annos illius vitae novissimos incidunt, animum potissimum

intenderent, in iisdemque exponendis fere totos se collocarent. Atque hujus rei quae sint causae quaeve rationes, non difficile dictu est. Namque illarum ipsarum rerum, quae in tempus commorationis Osiandri apud Norimbergenses incidunt, ea in universum indoles est, ut integram et perpetuam narrationem, quae omnium desideriis plene satisfaciat, vix admittant. Quamvis enim singula quidem ex illo tempore, atque ea et ad numerum et ad pondus insignia, certis auctoribus [7]) comperta habeamus, tamen universa non ita cognita sunt, ut istiusmodi narratio, quae, quod nemo non videt, ex idonea et necessaria praesidiorum copia pendet, vel promitti possit, vel exspectari. Contra gestorum Osiandri Regiomontanorum longe diversa ratio est. Ea nimirum, quantumvis passim impedita inque disceptationem vocata sint, tamen, adhibita justa te-

---

7) Ex horum numero sunt Jo. Sleidanus in *commentariis de statu religionis et reipublicae Carolo V. Caesare* (*ed.* am Ende, *Voll. III. Francof.* 1785— 86. *octon.*); Vitus Ludovicus a Seckendorf in *commentario histor. et apologet. de Lutheranismo* (*ed. II. Lips.* 1649. *mod. max.*); Urb. Theoph. Hausdorffius in libro qui inscribitur: *Lebensbeschreibung eines Christlichen Politici, nehmlich Lazari Spengler's etc.* (*Norimb.* 1740. *octon.*), et alii multi, quorum potissimi in subjunctis huic narrationi annotationi- sub suis locis designabuntur. Confer etiam infra *annot.* 22.

stium probatione atque interpretatione, sic in universum persequi licet, ut continenti narratione commode explicari possint. — His jam praemissis, ad rem ipsam, quam animus est hoc loco tractare, veniamus.

Singulos scriptores, qui de rebus Osiandri exposuerunt, enumeraturus, hunc ordinem ea in re observandum puto. Primo eos afferam scriptores, qui, majoribus occupati operibus, quibus historiam ecclesiae et doctrinae christianae vel per omnes, vel per certas quasdam partes enarrarent, etiam res Osiandri tractaverunt aut attigerunt; deinde eos, qui singularibus libris de vita et doctrina Osiandri commentati sunt; denique eos, qui in libris ad alia literarum genera pertinentibus de Osiandro tanquam ἐν παρόδῳ disserendi occasionem arripuerunt. Atque hinc quasi tres classes scriptorum existunt. Prima classis est eorum, qui vel, ut Luc. Osiander, Godofr. Arnoldius, Chr. Eberh. Weismannus, alii, universam ecclesiae et dogmatum christianorum historiam enarraverunt [8]), vel, ut Chr. Aug. Saligius, Joh.

8) Luc. Osiander (Andreae filius, natus Norimbergae a. 1534. d. 16. Decembris, mort. Stuttgardiae a. 1604. d. 17. Septembris) in *Epit. histor. eccles. centur. XVI.*, in

Georg. Walchius, Theoph. Jac. Planckius, Melch. Adamius, res ecclesiae evange-

---

quibus breviter et perspicue commemoratur, quis fuerit status ecclesiae Christi a nativitate Salvatoris usque ad ann. 1600. (*Voll. III. Tubing.* 1592—1604. 4.) *Vol. II. p.* 554—557. — Godofr. Arnoldius († 1714) *unparteyische Kirchen- und Ketzer-Historie vom Anfang des N. T. bis auf das Jahr Christi* 1688. (*Voll. II. Francof.* 1700. *mod. max.*) *Vol. II. p.* 331. *sqq.* Conf. etiam ejusdem *Fortsetzung und Erläuterung oder dritter und vierter Theil d. unpart. K. u. K. G.* (*Francof.* 1700.) *Vol. IV. p.* 433. *sqq.*; atque huic libro junge Georgii Groschii *nothwendige Vertheidigung der evangel. Kirche wider die Arnoldiscche Ketzerhistorie. Francof.* 1745. *mod. max.* — Chr. Eberh. Weismannus in *introductione in memorabilia ecclesiastica historiae sacrae Nov. Test.* (*primum ed. Tubing.* 1718—19. *II Voll.* 4.) *Hal.* 1745. 4. *Vol. I. p.* 1523. *sqq.* — Praeter hos notandi sunt Abr. Bzovius in *annalibus ecclesiast. post Baronium* (*Tom.* XIII—XX. *Rom.* 1616. *sqq. ed. auct. Colon.* 1621. *sqq. mod. max.*) *ad a.* 1549. *n.* 35. *sq. p.* 201. *sqq.*, Jo. Laur. Moshemius *vollst. Kirchengesch. des N. T. mit Zusätzen vermehrt und fortgesetzt von* J. R. Schlegel (*Heilbr.* 1770—88. *VII Voll. octon.*) *Vol. III. p.* 358. *sq.*, Jo. Matth. Schroeckhius *christl. Kirchengesch. seit der Reformation* (*Lips.* 1804—12. X *Voll.* 8.) *Vol. IV. p.* 572—584., H. E. Ferd. Guerikius *Handb. der allgem. Kirchengesch.* (*Hal.* 1833. *II Voll. octon.*) *Vol. II. p.* 827. *sq.* J. G. V. Engelhardtius *Handb. der Kirchengesch.* (*Erlangae*, 1833—34. *IV Voll. octon.*) *Vol. III. p.* 233—237., et Ch. G. Neudekerus *allgem. Lexicon der Religions- und christl. Kirchen-*

licae ejusdemque doctrinam exposuerunt, vitasque clarissimorum theologorum evangelicorum narraverunt [9]), vel, ut Jo. Ern. Schubertus, Si-

---

gesch. (*Vinar.* 1834—35. *IV Voll.* 8.) *Vol. III. p.* 585. *sqq.* — Mirari licet, quod cl. Hasius Theol. Jenens., in libro notissimo bonaeque frugis pleno, qui inscribitur *Kirchengeschichte, Lehrb. zunächst f. akad. Vorles.* (*ed. II. Lips.* 1836. 8.), ne nomen quidem Osiandri attulit. — Qui exstant libri, quibus universa historia dogmatum enarratur, ita comparati sunt, ut ex iis ad illustrandam Osiandri doctrinam nihil proficias. Cfr. L. F. O. Baumgarten-Crusius *Lehrb. d. christl. Dogmengeschichte* (*Jen.* 1832. *II Voll.* 8.) *Vol. I. p.* 597. *Vol. II. p.* 1168., C. G. H. Lentzius *Gesch. der christl. Dogmen in pragm. Entwickl.* (*Helmst.* 1834—35. *II Voll.* 8.) *Vol. II. p.* 115. *sq.*, Jo. Ch. Guil. Augustius *Lehrb. d. christl. Dogmengesch.* (*ed. IV. Lips.* 1835. *octon.*) *p.* 121. 354.

9) Chr. Aug. Saligii *vollständ. Historie der Augspurgischen Confession etc.* (*Hal.* 1730—35. *III Voll.* 4.) *Vol. II. p.* 715. *sqq.*, Jo. Ge. Walchii *histor. und theol. Einleitung in die Religions-Streitigkeiten der evangelisch-lutherischen Kirchen* (*ed. II. Jen.* 1733—39. *V Voll.* 8.) Vol. *I.* (*ed.* 1730.) *p.* 85—96., Theoph. Jac. Planckii *Gesch. d. Entstehung — — unseres protest. Lehrbegriffs etc.* (*Lips.* 1781—1800. *VI Voll.* [*Vol. I—III. ed. nov.* 1791—98.] *octon.*) *Vol. IV. p.* 249 *sqq.* (vide supra, p. 12.), Melch. Adami *vitae Germanorum theologorum, qui superiori saeculo ecclesiam Christi — — propagarunt et propugnarunt* (*ed. III. Francof.* 1706. *mod. max.*), *primum ed. Heidelb. a.* 1620. *octon. p.* 226—240. (Ex hoc libro fere omnia repetita sunt,

gism. Jac. Baumgartenius, institutiones theologiae polemicae, quod quidem disciplinae genus theologis hujus aetatis in theologiam symbolicam cessit, ediderunt [10]), vel, ut Christoph. Hart-

quae apud Paul. Freherum in *Theatro virorum eruditione clarorum, Norimb.* 1688. *mod. max. p.* 158. *sq.* leguntur). — His adjicere liceat Casp. Ulenbergium (Theologum Pontificiae disciplinae addictum) *de vita et moribus Lutheri, Melanchthonis, Flacii et Andreae Osiandri* (cujus libri nuper admodum promissa translatio Germanica est, quae Mogunt. lucem videbit), *Colon.* 1622. 8. *P. II. p.* 355. *sqq.*, C. Chr. Hirschium in *Diptychis ecclesiae Laurentianae, d. i. Verzeichniss und Lebensbeschreibung derer Herren Prediger etc., welche seit der Reformation bis hieher an der Haupt- und Pfarrkirche bey St. Laurenzen in Nürnberg gedienet haben* (*Norimb.* 1756. 4.) *p.* 1—5. (qui liber pars posterior operis majoris est, quod inscribitur: *Lebensbeschr. aller Herren Geistlichen, welche in der Reichsstadt Nürnberg — — gedienet.* Cfr. ejusd. *Gesch. des Interim zu Nürnberg. Lips.* 1750. 8. *p.* 44. *sqq.*), et Henr. Guil. Rotermundum, *Gesch. des auf dem Reichst. zu Augsburg im J.* 1530 *übergebenen Glaubensbekenntn. der Protestanten etc.* (*Hannov.* 1829. 8.) *p.* 429—440.

10) Satis habui, ex magno scriptorum numero, qui superiori saeculo in theologia polemica desudarunt, (vide cl. Marheinekii *institutiones symbol. ed. II. Berolini*, 1825. 8. §. 4. *p.* 5.) duumviros nominasse, quorum libri nunc ipsum ad manum sunt, Schubertum et Baumgartenium. Ille *quatuor partes institutionum theologiae polemicae prodire jussit Jenae et Lipsiae a.* 1756—61. *octon.*, in earumque

knochius, Dan. Henr. Arnoldtius, historiam ecclesiae Prussicae separatim adumbraverunt[11]). Secundae classis sunt, qui vel apolo-

---

parte quarta cap. IV. p. 97—121. de Osiandrismo exposuit. Hujus liber, qui inscribitur *Untersuchung theolog. Streitigkeiten, curis auctus* Semleri *a.* 1762—64. *Halis prodiit quatern.*, continetque passim notationes haud spernendas, quae ad doctrinam Osiandri cognoscendam pertinent. — (Conferatur etiam Baumgartenii *Geschichte der Religionsparteyen. Hal.* 1766. 4. *p.* 1157. *sq.*). — His addendos puto triumviros egregios, qui recentiori memoria differentiam catholicae et evangelicae doctrinae tam acute tamque subtiliter quaesiverunt atque explanaverunt, ut inde non pauca me profecisse ad pernoscendam Osiandri de justificatione doctrinam lubens gratusque profitear. Ii sunt Ph. Marheinekius (*christl. Symbolik. Vol. III.* [*Heidelb.* 1813. 8.] *p.* 36. *sqq.*), F. Chr. Baurus (*der Gegensatz des Katholicism. und Protestantism. nach den Principien u. Hauptdogmen der beiden Lehrbegriffe. ed. II. Tubing.* 1836. 8. *p.* 215. *sqq.* cfr. *p.* 645—650) et Car. Imm. Nitzschius (*eine protestant. Beantwortung der Symbolik Dr. Moehler's. Hamburgi,* 1835. 8. *p.* 109. *sqq.*).

11) Chr. Hartknochius, *Preussische Kirchen-Historia, Francof. ad Moen.* 1686. 4. *p.* 309. *sqq.* (Cf. ejusd. *Alt- und neues Preussen oder Preussischer Historien zwey Theile etc. Francof.* 1684. *mod. max. p.* 473. *sqq.* — D. H. Arnoldtius, *kurzgefasste Kirchengesch. des Königreichs Preussen. Regiom.* 1769. *octon. p.* 412. *sqq.* (Cf. ejusd. *ausführl. u. mit Urkunden versehene Historie der Königsb. Universit.* [*II Voll. Regiom.* 1746. 8.] *Vol. II. p.* 172 *sq.*). —

geticos, velut Jo. Funccius, vel polemicos, velut Joach. Morlinus, Frid. Staphylus, Jo. Wigandus, Conr. Schluesselburgius, de gestis Osiandri Regiomontanis commentarios scripserunt [12]), vel post illam aetatem, velut

---

Praeter hos vide etiam Ge. Colbium in *Episcopo-Presbyterologia Prussico-Regiomontona* (*Regiom.* 1657. *quatern. min.*) *p.* 21—23., et Coelest. Mislentam in *Manualis Prutenici* (*Regiom.* 1626. *octon. min.*) *dissert. prooemiali Lit. e.* 2. *sqq.* Nonnulla huc trahenda continet etiam liber collegae doctissimi, A. R. Gebseri, *Gesch. der Domkirche zu Königsberg etc. Regiom.* 1835. 8.

12) Jo. Funccii *wahrhafftiger vnd gründlicher Bericht, wie vnd was gestalt die Ergerliche Spaltung von der Gerechtigkeit des Glaubens sich anfenglich im Lande Preussen erhaben, vnd was eigentlich von der Gerechtigkeit Christlich, nach brauch der heiligen Schrifft, vnd der rechtschaffnen Lehrer alter und vnserer Zeit, gehalten werden müge. Regiom.* 1553. 4. (Memoratu dignum est illud, quod Funccius etiamtum, quum jam *doctrinae* Osiandri renunciasset, constanter affirmavit, se in hoc libro omnia, quaecunque ad *res gestas* pertineant, ad fidem historiae narravisse. Vide Hartknochium *l. l. p.* 408. *sq.* Idem Funccius etiam *Chronologiam* edidit, quam a pluribus gestorum Osiandri narratoribus notatam inveni; sed hunc librum comparare mihi non licuit). — Joach. Morlini *Historia welcher gestalt sich die Osiandrische schwermerey im lande zu Preussen erhaben, vnd wie dieselbige verhandelt ist, mit allen actis beschrieben. Brunsuigae,* 1554. 4. (Adde Alberti, Prussiae Ducis, *Ausschreiben an vnsere alle liebe getrewen*

vnd Landschafften, wes wirden standes vnd aestimation ein jeder ist, vornemlich auch Theologen, Pfarhern, Predicanten vnd Kirchendiener, darin grundlich vnd ordentlich, wie sich die ergerliche zwispalt vber dem Artickel von vnser armen Sünder Rechtfertigung, vnd warer ewiger Gerechtigkeit, erhaben, vnd was wir vns mit grossen sorgen einigkeit zu machen, bemühet, dargethan, vnd was wir ferner durch freuntliche befürderung vnd beuhelich des Hochgebornen Fürsten vnsers freundlichen liben Oheims vnd Schwagern, Herrn Christoffs, Hertzogen zu Wirtenberg — — auf vnser freundlich ansuchen, durch S. L. Theologos aus Göttlicher heiliger schrifft, vorgeschlagenen Mitteln, endlicher sententz vnd meinung erlernet, vnd zu fortstellung der einigkeit vnserer Kirchen, gehalten wolln haben. Darnach sich jedermeniglich vnsers Fürstenthumbs, so wol die Predicanten als andere stende zu richten sollen wissen, vnd in vnterthenigkeit zu gehorsamen. Regiom. 1553. 4.). — Frid. Staphyli, qui unus de acerrimis Osiandri adversariis fuit (vide infra), hic exstat libellus: *historia acti negotii inter Frid. Staphylum et Andr. Osiandrum in Prussia contra calumnias Johannis Functii,* quem ex manu scripto exemplari typis exscribendum curavit Ge. Th. Strobelius in sua sylloge literaria, quae inscribitur *Miscellaneen literar. Inhalts, fasc. I.* (*Norimb.* 1778. 8.) *p.* 219—248, *Vol. II.* (*ib.* 1779.) *p.* 225—252. Quaerenti autem, cur vivus Staphylus hunc libellum non evulgaverit, cum Strobelio (*l. l. Vol. I. p.* 10.) respondendum puto: *„ich vermuthe, dass er wegen der darin befindlichen handgreiflichen Unwahrheiten sich nicht getrauet, es drucken zu lassen.*“ Jo. Wigandi, Episc. Pomesan., liber

singulari opera de **Osiandri** doctrina disputaverunt [13]). **Tertiae** classis sunt, qui vel, ut **Frid. de Raumer** et **C. A. Menzelius**, historiam rerum publicarum, inque his inprimis Germanicarum, inde a saeculo XVI. copiose enarraverunt [14]), vel, ut

---

de Osiandrismo, dogmâta et argumenta studiose ac fideliter collecta, prodiit a. 1586. *quatern.* — Conradi Schluesselburgii *catalogi haereticorum liber sextus, in quo praecipua Osiandristarum argumenta enumerata refelluntur. Francof.* 1611. *octon. min.* — Ceterum vix attinet monere, usum horum librorum propter manifesta partium studii vestigia, quae in iis deprehenduntur, multas cautiones habere.

13) Disputationem Wernsdorfii, quae inscribitur *Osiandrismus in Pietismo renatus* (*Vitebergae*, 1717.), nulla ex iis, ad quas mihi aditus patet, bibliothecis mihi suppeditavit. — Libellus S. V. Bauri curiose et eleganter scriptus, quem ad manum habeo, hic est: *brevis disquisitio in A. Osiandri de justificatione doctrinam, ex recentiore potissimum theologia illustrandam. Tubing.* 1831. 4. (Praemissa est *epistola gratulatoria ad D. Theoph. Jac. Planck, vitae quinquaginta per annos publicis in muneribus peractae solennia celebrantem*). Confer censuram hujus disputationis in S. V. Tholuckii *literar. Anzeiger für christl. Theol. u. Wissensch. überhaupt.* 1833. *n.* 54. 55. *p.* 425. *sqq.*

14) Frid. de Raumer *Gesch. Europa's seit dem Ende des* 15*ten Jahrhund.* (*Vol. I—V. Lips.* 1832—35. 8.) *Vol. III. p.* 270. *sq.* — De libro Menzelii vide, quae supra p. 14. sqq. notata sunt. (Nolo hoc loco silentio praeterire Abr. Buchholzeri *indicem chronologicum*, qui plura huc spe-

Jo. Leo, Lud. a Baczko, Frid. Guil. Schubertus, res civitatis Prussicae perscripserunt [15]), vel, ut Frid. Sam. Bockius et Alb. a Sydov, imaginem vitae Alberti, Prussiae Ducis, expresserunt [16]), vel, ut Ch. G. Joecherus, H.

---

ctantia continere videtur. Sed ut hoc uterer libro, mihi non contigit).

15) Ex hoc scriptorum genere neque licet, neque e re est, plures, quam quos supra memoravi tres, hic recensere. Trium illorum libri hi sunt: Jo. Leonis (decani canonici quondam ecclesiae collegiatae Guttstadiensis) *historia Prussiae etc. Brunsbergae*, 1725. *mod. max. p.* 459. *sqq. cf. p.* 431. *sq.* (alucinationes hujus scriptoris ferri vix possunt); — Lud. a Baczko *Geschichte Preussens. Vol. IV.* (*Regiom.* 1795. 8.) *p.* 235. *sqq.*; — Frid. Guil. Schuberti, collegae doctissimi, *historisch-statistisches Gemälde von Ost- und Westpreussen* (*particc. III. in Fastis Berolin. a.* 1834—36.) *partic. II. p.* 130. *sqq.*

16) Frid. Sam. Bockii *Grundriss von dem merkwürdigen Leben Albrecht des älteren, Marggrafen zu Brandenburg etc., bei Gelegenheit der zweyten Jubelfeier der Hohen Schule zu Königsberg — — ans Licht gestellet.* (*Regiom.* 1745. *octon. min.*) *p.* 339 *sqq.* — Alb. a Sydov *Markgraf Albrecht von Brandenburg als letzter Hochmeister, erster Herzog und Reformator in Preussen, und Stifter der Universität Königsberg* (in libro, qui inscribitur *Freundes-Gabe. Ein Taschenbuch für christliche Leser. Berolini*, 1835. 8. *p.* 66—406.) *p.* 217. *sqq.*

Guil. Rotermundus, vitas eruditorum virorum commentariis historicis literariis explicaverunt [17].

Itaque jam his expositis, quae reliqua videantur, ut prooemii exitum evolvam, quam brevissime expediam.

§. 3.

Quibus instructus praesidiis ad res Osiandri pertractandas accesserit auctor, quem in iis collocandis ordinem sequendum, quas denique leges in iisdem expediendis aperiendisque tenendas sibi duxerit, indicatur.

Quibus instructus praesidiis atque adjumentis ad explicandam vitam et doctrinam Osiandri sim aggressus, primum hoc loco dicendum est accuratius. Praesidiorum igitur illorum quatuor fere genera distingui licet. Primum eorum, quod numerosissimum est, libros ipsius Osiandri typis exscriptos qui supersunt omnes complectitur, estque tale omnino, quo ca-

---

17) Ch. G. Joecheri *allgem. Gelehrten-Lexicon*, *Tom. III.* (*Lips.* 1751. 4) *p.* 1118. *sq.*, et H. Guil. Rotermundi *Fortsetzung und Ergänzungen zu Joechers allg. Gel. Lexic. Tom. V.* (*Brem.* 1816. 4.) *p.* 1213. *sqq.* — His adde Willii *Nürnberg. Gelehrten-Lexic. Vol. III. p.* 89. *sq. cum* Nopitschii *Supplemm. III.*, 68., cujus libri triste mihi desiderium relinquitur. (De P. Frehero supra p. 24. annot. 9. dictum est).

rere nullo modo possit, quicunque totum Osiandrum incorrupte cognoscere, rerumque ab illo gestarum imaginem quam plenissimam possit et accuratissimam adumbrare voluerit. Atque eam ob rem magnopere laetor, quod mihi tam felici esse contigit, ut, si unum alterumve ex genere leviorum excipias, plerisque omnibus libris Osiandri uti potuerim [18]). Secundum praesidiorum genus, quod, quantum equidem compertum habeam, adhuc delituerat, epistolarum ab Osiandro ad Albertum, Prussiae Ducem, ad illumque ab hoc scriptarum aliquanto numero continetur, estque dignum, quod in lucem nunc proferatur. Namque novo hoc monstrato apertoque fonte singulis quibusdam rebus Osiandri, quae ante aut parum, aut omnino non cognitae fuerunt, novam aliquam lucem affundi, non vereor dicere [19]). Tertium genus praesidiorum

18) Quoniam viris doctis haud injucundum fore existimavi ad videndum, quaenam Osiander scripta reliquerit, omnium qui supersunt ejus librorum indicem confeci, quem *Auctarium ad hunc librum* dabit, p. *CCXVI—CCLI.*

19) Hae epistolae, quae in annos vitae Osiandri sedecim posteriores incidunt, in Tabulario Regio Regiomontano asservantur. Ex earum numero, reliquis paucis consulto relictis, unam et tredecim delegi, quas, ubi primum opportunum esset, evulgarem; atque eae ipsae

ineditas quasdam scriptiones, ad gesta Osiandri Regiomontana pertinentes, complectitur, quae partim per singulas dispersae schedas, partim amplo uno conjunctae volumine, ad nostram memoriam manserunt [20]). Quartum denique genus in duas describi partes licet, quarum altera ii continentur scriptores, qui res Osiandri perpetua narratione exposuerunt [21]), altera ii, qui syllogas literarias ediderunt, quibus varia inserta scripta sunt, quae notitiae rerum Osiandri aliqua ex parte serviunt [22]). — Atque haec de praesidiis et adjumentis, quibus sim usus, disputata sunto.

---

nunc typis diligenter exscriptae majorem partem *Auctarii ad hunc librum* efficiunt. Vide *p. III—CCXV.* Nec vero temperare mihi possum, quominus Voigtio meo, clarissimo rerum Prussicarum explicatori, qui Tabularium Regium, cui ipse praeest, benignissime mihi reclusit, justam hic debitamque gratiam publice persolvam.

20) Ex his scriptionibus, quae itidem in Tabular. R. R. asservantur, quasque idem Voigtius meus humanissime mihi indulsit, nonnulla repetita sunt, quae in subjunctis narrationi meae de Osiandro annotationibus passim inveniuntur. Plura etiam excerpta ex illis dat *Auctarium ad hunc librum. Vid. p. XLIV. sqq. annot.* 15., *p. LXXVI. sqq. annot.* 22., *p. CIV. sq. annot.* 31, *p. CX. sqq. annot.* 33, *p. CXXV. sqq. annot.* 38, *p. CXXXVIII. sqq. annot.* 40.

21) De huiusmodi scriptoribus copiose dictum est §. 2.

22) Ex horum numero praecipue notandi sunt G. Th.

DE
ANDREA OSIANDRO
THEOLOGO NORIMBERGENSI ATQUE REGIOMONTANO

COMMENTATIO HISTORICA THEOLOGICA.

PARTICULA II.

QUAM SCRIPSIT

ATQUE EX AUCTORITATE

S. V. ORDINIS THEOLOGORUM

IN ACADEMIA ALBERTINA

PRO LOCO PROF. THEOL. ORDIN. ATQUE GRADU DOCTORIS THEOL.
RITE IMPETRANDO

DIE V. MENS. AUG. A. MDCCCXXXVII.

H. L. Q. C.

PUBLICE DEFENDET

JO. LUD. CAROL. LEHNERDT

THEOL. LIC. PROF. PUBL. ORD. DESIGN.

ASSUMPTO AD RESPONDENDUM SOCIO

CAROL. FRID. HENR. BITTCHER

MIERUNSKENENSI.

ADVERSARIORUM PARTES TUEBUNTUR

HENR. DIT. OTTO FERD. DE BEHR

TRAUPELENSIS

ET

CAROL. SAM. HENR. BUETTNER

SILESIACUS.

REGIMONTII PRUSSORUM

TYPIS DALKOVSKIANIS.

Theses.

I. Vox κτίσις *in ep. Pauli ad Rom. c. VIII,* 18. *sqq. universitas rerum praeter hominem intelligenda est.*

II. Qui dicitur tertius usus legis divinae ab auctoribus Formulae Concordiae (Artic. VI.) recte ac merito defenditur.

III. Descensum Jesu Christi ad inferos qui docendo tuentur, neque a libris sacris, neque a ratione vere sana dissident.

IV. Lutherus sua se ipse virtute defendit, Melanchthon non item.

V. Falso insimulant Osiandrum, qui eum sua de justificatione doctrina meritum Jesu Christi expiatorium extenuare putant.

Jam de ordine, quem in componendis rebus observandum duxerim, non est quod multa dicam, quum ipsa indoles argumenti, quod in hoc opusculo persequendum sumsi, quinam adhibendus ordo sit, praescribere videatur. Etenim etsi res ab Osiandro gestae et doctrina ab ipso proposita et defensa ita connexae sunt, ut, salva specie et forma hujus viri, quam propositum est mihi adumbrare, separari non possint, considerando tamen alterum ab altero distingui licet, vel adeo oportet, ne mole rerum, ex utroque genere in unum locum congestarum permixtarumque, laboret enarratio. Erit igitur mihi universa haec in duo capita divisa disputatio. Altero capite de vita Osiandri gestisque ab eo rebus, Norimbergensibus pariter ac Re-

---

Strobelius in variis suis syllogis literariis, quae inscribuntur: *Vermischte Beiträge zur Gesch. d. Liter. Altdorf.* 1774. 8., *Miscellaneen literar. Inhalts. Fasciec. VI. Norimb.* 1778. *sqq.* 8., *Beitr. z. Liter. besond. des* 16. *Jahrh. II Voll. Norimb.* 1784. 8., *Neue Beitr. z. Liter. V Voll. Norimb.* 1790. *sqq.* 8.; J. Barth. Riedererus *Nachr. zur Kirchen-, Gelehrten- und Bücher-Geschichte. Voll. IV. Altdorf.* 1764—68. 8., et Bernh. Frid. Hummelius in *epistolarum histor. ecclesiast. saec. XVI. a celeberrimis viris scriptarum semicent. II. Hal.* 1778—80. 8. Adde *Erläutertes Preussen etc. Voll. V. Regiom.* 1724—42. 8., *Acta Borussica eccles., civil., liter. Voll. III. Regiom.* 1730—32. 8.

giomontanis, exponam; altero doctrinam Osiandri per omnes eas partes, quae ad memoriam apprime insignes videantur, explicabo. Praeterea autem bipartitae huic disputationi Auctarium adjiciam, quod idem bipartitum erit. Prior enim pars ejus epistolas XXXI ab Osiandro ad Osiandrumque scriptas, has adhuc ineditas, continebit; posterior indicem scriptorum Osiandri plenissimum dabit [23].

Itaque forma hujus opusculi, qualem animo conceperim, summatim breviterque descripta, quod reliquum est, paucis transigi verbis potest. Scilicet de legibus, quas in enarrando vita et doctrina Osiandri tenendas mihi putaverim, sic habeto. Primum hanc mihi legem scripsi, ut imaginem Osiandri rerumque ab ipso gestarum

---

23) Effigies Osiandri, in tabula, quam huic libro adjiciendam curavi, expressa, ad exemplar imaginis, quod prostat in sylloge literaria, quae inscribitur *Sammlung von alten u. neuen theol. Sachen* 1731. (cf. *Acta Borussica, Vol. III.* 1732.), descripta est; sed, quod valde mihi molestum est, non plenam illius similitudinem prae se fert. Nihilo tamen minus eam nolui retinere, praesertim quum chirographum Osiandri, simulacro subjunctum, singulos literarum ductus, quibus ille annis vitae novissimis uti solebat, accuratissime reddat.

quam accommodatissime ad fidem historiae exprimerem; atque ob id ipsum omnium primum hoc existimavi meum, ut acerbiorem quam ante testium, qui exstant de rebus Osiandri, delectum severioremque illorum dijudicationem adhiberem, ne, quae non essent nisi conjecturâ reperta, vel adeo opinione praejudicata conflata, quaeve, ad auctoritatem probatissimorum testium revocata, nullam aut exiguam probabilitatis speciem haberent, cum iis, quae testatiores veritatis haberent notas, confunderentur, neve, ubi res aliqua testibus fidedignis plana reddi non posset, firmitas judicii temere sumeretur vel affectaretur. Quod ut commode perfici posset, in ipsa enarratione rerum et sententiarum Osiandri, quam potui, tam verbis faciendum maxime compendium ratus, in annotationibus illi copiose subjunctis testes ipsos quam saepissime loquentes feci, quorum ex dictis accurate perspectis et dijudicatis suo quaevis res momento, quoad ejus fieri posset, pensitaretur. Deinde in exponenda doctrina Osiandri ita sum versatus, ut, praesidiis supra designatis plerisque omnibus, maximeque diligenti ipsius Osiandri librorum lectione instructus, quae ille ita docuisset, ut in iis plane suus esset, ea certis comprobata documentis quam clarissimo possem in luce ponerem: qua in re ad praesidia illa etiam instrumenta cognitionis, a cultiori theologiae nostrae aetatis

ingenio et studiis petita, adjungenda duxi, id quod, ut opinor, reprehensione carebit. Denique id agendum mihi credidi, ut, quae ab aliis jam bene copioseque tractata invenissem, leviter tantum attingerem; nec enim iis erat, ut diu immorarer: ea igitur potius ad justam brevitatem revocavi. — Jam de legibus, quas tenendas mihi duxerim, satis habeo haec dixisse. Quantum vero ad illustrandas Osiandri res et sententias hoc opusculo meo contulerim, quod, ut omnibus vitiis immune dicam, tantum abest, ut semel et saepius per errorem me lapsum esse, libentissimo animo concedam, quantum igitur profecerim, penes idoneos et aequos arbitros debebit esse judicium [24].

Atque haec fere habui, quae huic disputationi meae praefulcirem ac praemunirem. Nunc ad rem ipsam veniendum est.

---

24) Hos etiam rogatos velim, ut leviores quasdam varietates scripturae, quas in annotationibus ad *Auctarium* hujus libri, superiore jam anno typis exscribi coeptum, offenderint, benigne excusent.

CAPUT I.

DE VITA ANDREAE OSIANDRI GESTISQUE AB EO REBUS NARRATIO.

---

§. 4.

Ortus Osiandri. Prima ejus literarum et artium studia, Gunzenhusae coli coepta, Lipsiae et Altenburgi feliciter aucta. Commoratio ejus apud Ingolstadienses et Norimbergenses, haec usque ad a. 1522.

Andreas Osiander [25]) natus Gunzenhusae est anno MCCCCXCVIII. die XIX. Decembris,

---

25) Praeter Hirschium (in *Diptych. eccl. Laurent. p.* 1.) et Weismannum (in *memor. eccles. vol. I. p.* 1529.) reliqui omnes, quos inspexi, scriptores gentili-

parentibus non fortunatis, at honestis et pro-

---

cium ei nomen non Osiandro, sed Hosemanno sive Hosen-Enderle fuisse opinantur. At frustra sunt, qui hanc opinionem tuentur, ne Seckendorfio quidem excepto, qui explicationem nominis Osiandri tentat, sic scribens (in *comment. de Lutheran. ad a.* 1522. *p.* 241.): *Pater Osiandri faber fuit ferrarius; hujus cognomentum* Hosemann, *cum juventus oppidana, ut solet, commixtum cum baptismali* Andreae *nomine, et deminutum, in* Hosen-Enderle *corrupisset, ipse literarum studiis deditus, et ut tunc moris erat, in* Osiandri *transformavit.* Namque ipse Osiander, ut malitiosae nominis sui interpretationi obviam iret, in *Apologia contra libellum famosum scelerati cujusdam et Zuingliani nebulonis* (quae prodiit a. 1544.) *Lit. A.* 2. *b.* haec scripsit: *Calumniatur enim, me cognomen paternum mutasse, et* Osiandrum *dici voluisse, ut toto orbe* sanctus *habear, quum patri meo cognomen fuerit (ut ipse mentitur)* Hosanders. *Atque id quidem facile contemni poterat, nisi idem Zuinglius primum, nullo dum verbo a me laesus, deinde etiam Eccius objecissent. Nec videtur mendacii tam stolidi futurus finis ullus, nisi aliquando confutetur. Confutetur igitur hoc potissimum loco, sed paucis. Pater meus* Andreas, *et avus* Cunradus Osiandri *cognomen habuerunt, incertum qua origine, quod quanquam vulgus varie suo more corruperit, tamen audivi nunquam, qui illud* cum aspiratione *pronunciarit. Duo igitur hoc loco peccant stolidi calumniatores, unum, quod in cognomine fortassis barbaro graecam etymologiam quaerunt, alterum, quod aspirationem, quod ego nunquam feci, adjiciunt, quod quidem ipsos quoque non facturos fuisse credo, si linguae graecae tantam habuissent cognitionem, ut intelligere potuerint,* Osiandrum *longe aliud significare Graecis, quam* Hosiandrum *etc.*

bis [26]). De pueritia ejus fere nihil habemus compertum, nisi quod a patre Andrea, qui faber ferrarius inque civitate Gunzenhusana Consulari ornatus dignitate fuit [27]), jam a teneris unguiculis

---

Ac si desierint cognomen meum paternum corrumpere, non habebunt amplius, quod in eo vel reprehendant, vel irrideant. Haec verba, praeterquam quod illum errorem convincunt, simul documento sunt, in adversariis Osiandri etiam fuisse, qui, ut haberent, quo ipsum luderent, nomen Osiandri in Hosiandri transformarent. Qua in re quod equidem sciam, Zuinglius ceteris omnibus praeivit, in epistola, d. VI. Maji a. 1527. ad Osiandrum data (vid. *Auctar. ad h. l. p. CCXXIII. n.* 21.), hunc in modum scribens: *Tibi ergo, ut sanctus vir sis, cujus nos nomen tuum Hosiandro admonet, sic agendum est, ut nunquam poenitens dicturus sis, non putaram.* Nec posteriore tempore adversarios Osiandri Regiomontanos nomine ejus non esse usos, ut ipsi insultarent, numerosa docent carmina contumeliosa in eum scripta, quorum specimina aliquot dedi in *Auctario ad h. l. p. LXXVI—LXXX.*

26) Luculentum hujus rei testem habemus Luc. Osiandrum (in *Epit. hist. eccl. P. II. p.* 556), qui idem matrem Osiandri *Annam* appellat, eamque familia *Hertzogiorum* genitam tradit. — Gunzenhusa, patria Osiandri, oppidum Franconiae est, ad Altmuhlam amnem sita. — Ulenbergio auctore (*in vita Osiandri*) Osiander a. 1496. natus est; sed hoc est multis ex vitiis unum, quibus narratio Ulenbergiana laborat.

27) Patrem suum Noster usque ad supremum vitae

in disciplinam datus est praeceptorum, qui in publica ejusdem urbis schola initia literarum tradi-

---

illius diem nunquam non summa coluit pietate, ut ipse auctor est in *Apologia contra libellum etc. Lit. B.* 3. *b. sq.*, ubi haec leguntur: *Ait autem* (calumniator Zuinglianus), *me impium fuisse in patrem, illique alimenta negasse atque in Gerontotropheo* (Norimbergensi, quod dicitur das Mändlische Zwölf-Brüder-Haus) *fame perire permisisse. Quorum nihil omnino verum est. Nam pater meus in hujus urbis Gerontotropheo tam liberalem et lautum victum habuit procerum urbis hujus beneficio, ut, cum illi liberum facerem, ut ad me migraret, omnibusque bonis meis tanquam suis frueretur, id ipsum sibi faciendum non putarit, propterea quod illic non vulgari, sed liberaliore illa conditione esset, quam multi saepe honesti homines et tranquillitatis cupidi magna pecunia comparant, quae ipsi hoc quoque nomine fuit suavior, quod tam praefectum, quam oeconomum ejus loci habuit sibi faventissimos. Nihilominus tamen et ego, quidquid potui gratae pietatis officiorum, in ipsum contuli, crebro illum ad me invitavi, nullum convivium, nullum diem paulo laetiorem sine ipso egi, omnes delicias meas cum illo communicavi, non vestis, non suppellex, non pecunia illi defuit. Denique nihil illum unquam desiderare intellexi, cujus non vel mea opera compos factus sit, ut si quis affectum meum spectet, omnia mea illius fuerint: si factum, plus illi semper obtulerim, quam ipse sibi accipiendum esse arbitraretur: si votum, nihil non pro voto consequutus sit. Neque quisquam mortalium eum unquam de fortuna sua conquerentem, multi vero vehementer sibi gratulantem audiverunt. Obiit, cum paulo plus quadriennio in hac urbe vixisset, anno aetatis suae octogesimo se-*

derunt [28]). Horum igitur puerili formatus institutione, ut primum e pueris excessit, missus

---

cundo, tanto peculio matri relicto, quod satis probaret, eum nullius necessariae rei eguisse. Itaque nemo facile dixerit, utrum e duobus impudentius mendacium sit, an quod pater meus in hujus urbis Gerontotropheo fame necatus sit, an vero quod a me impie neglectus fuerit. Atque utinam fiat, id quod iste maledictorum architectus maledicti mihi loco imprecatur, ut liberi mei tanta me senem pietate colant, quanta ego patrem colui. — De matre Osiandri (vid. *annot.* 26.) praeter unum illud, quod ex ipsius Osiandri verbis huc transscriptis cognoscitur, *illam marito superstitem mansisse,* ab auctoribus neque hilum accepimus scriptum: id quod valde dolendum est. Namque in propria animi materni indole et affectione ad conformanda puerorum ingenia et studia ad eorumque mores colendos mirificam vim esse, quis ignorat? Itaque de matre Osiandri deque ratione sententiarum consiliorumque, quam ipsa in educando puero Osiandro sequuta sit, si certis auctoribus haberemus compertum, haud scio an multa inde ad perspiciendum virum Osiandrum ad ejusdemque mores declarandos proficeremus. — His adjicere liceat, Osiandrum etiam sororem habuisse, cui nomen fuit Margarethae, ut ipse auctor est in epistola quadam a. 1550. ad generum Hieron. Besoldum scripta. Cfr. Hummelii *epistolarum hist. eccl. semicent. alt. p.* 77.

28) Vide scriptores, quos ad comprobandam hanc rem Hartknochius attulit in *Preuss. Kirchenhist. p.* 310. His addendus ipse Osiander est, in *Apologia etc. Lit. C.* 2. *b* sic scribens: *Ita de me sentiat, ut de homine christiano,*

Lipsiam est, tum Altenburgum, ut eas ibi literas atque artes perdisceret, quibus juvenes ad politiorem humanitatem et altiora studia informantur. Quo id factum sit anno, quibusve Osiander in utraque hac urbe usus praeceptoribus sit, nescimus. At enim hoc exploratissimum est, illum per quatuor quinqueve annos, quos apud Lipsienses et Altenburgenses exegisse videtur, quanquam per tenuitatem fortunarum non posset nisi „pane ostiatim colligendo [29]" se sustentare, tamen tanto mentis ardore in liberaliores pariter atque sacras literas incubuisse, ut in quovis genere studiorum mirificos celeresque progressus faceret. Atque ita factum est, ut, abunde ab omnibus instructus doctrinis et artibus, quibus ingenia juvenum ad altiores disciplinas addiscendas praeparantur, quum fortasse minor annis viginti esset, Ingolstadium abiret, qua in urbe tum illustre literarum domicilium fuit [30].

---

sacrisque bonisque literis jam inde a teneris annis dedito, sentiri par est. —

29) Haec verba sunt Luc. Osiandri (in *Epit. hist. eccl. p.* 557.), quem omnino certissimum harum rerum testem habemus.

30) Universitas literarum Ingolstadiensis, quae jam a. 1410. condita fuerat, ab a. 1472. nova et laetiora incrementa ceperat. Ac ut ipsa ineunte saec. XVI. in sedibus

Sunt quidem nonnulli, qui, Osiandrum, antequam hanc urbem peteret, studiorum causa aliquod tempus Vitebergae quoque versatum esse, atque adeo Lutherum ipsum praeceptorem habuisse, pro certo affirment. At enimvero tota haec ex vano est opinio. Neque enim ullum unum testimonium exstat idoneum, ex quo, illum unquam Vitebergam vidisse, effici posset, nec omnino hoc cuiquam credibile videbitur, nisi forte in maxima scriptorum Osiandrinorum ignoratione versatur [31]. Jam de iis videndum est,

---

literariis Germanicis insignem locum tenuit, ita eadem praecipuam se patronam et altricem pontificiae superstitionis praestitit, et quasi armamentarium fuit, quod uni quidem de acerrimis adversariis Lutheri, Joanni Eccio, Procancellario Ingolstadiensi, pio ecclesiae Romano-catholicae filio, ne indefensa maneret indulgentiarum impietas, prima arma suppeditavit. (Vide infra, p. 48.).

31) Si Osiander (quae est sententia Ulenbergii, Adami, Joecheri et Sydovii in libris supra, §. 2. indicatis) aliquod tempus Vitebergae versatus, inque illustri hujus urbis academia, Luthero ipso auctore et moderatore, studiis theologicis operatus esset, filius ejus, Lucas, hac de re, quam scire potuit quidem, quamque, cur supprimeret, non habuit, non omisisset profecto certiores nos facere. Verumtamen narratio ejus de vita Osiandri ita composita est, ut ne levissima quidem in ea vestigia exstent, quibus ductus, Nostrum aliquamdiu Vitebergae

quae **Osiandro**, dum Ingolstadii versatus est, acciderunt ab eoque gesta sunt. Ea vero tantum-

---

quoque versatum esse, conjecturâ suspicari posses. Illa enim haec est (*l. l.*): *Itaque filius, scholas sequutus, Lipsiae atque Aldeburgi literis (ostiatim panem colligens) operam dedit. Postea Ingolstadii in Album Universitatis inscriptus, nactus est discipulos nobiles: inde presbyterii dignitatem nactus, Noribergae concionatorem evangelicum egit per annos septem et viginti.* At nec aliunde ullum peti testimonium potest idoneum, unde sententia eorum, qui, Osiandrum Vitebergae quoque versatum esse, persuadere volunt, aliquam commendationem accipiat. Imo illa ipsa sententia eo, si quid video, omnino corruit, quod (auctore Censore dissertationis Baurianae, in Tholuckii *liter. Anz.* 1833. *p.* 426.) Wernsdorfius nomen Osiandri in Albo Facultatis Theol. Vitebergensis frustra quaesivit. (Vid. ej. *Osiandrism. etc. p.* 8.). Huc accedit, quod in scriptis Osiandri nonnulla passim inveniuntur, quae, si illum sacris literis a praeceptoribus Vitebergensibus institutum sumeres, prorsus inexplicabilia essent. Nihil est, quod singulos hujus generis locos ex scriptis Osiandrinis huc transscribam, quoniam plura huc pertinentia infra suis locis afferentur. Unum hoc tanquam in antecessum dicere liceat, Osiandrum, quamvis Lutherum summa observantia coleret, atque theologiae Lutheri plurimum tribueret (Vide *Hummelium l. l. p.* 81.), tamen artiorem cum schola Theologorum Vitebergensium societatem ideo nunquam iniisse, quod, salva necessaria atque legitima in rebus theologicis libertate judicii, neminem scholae vinculis constringi posse, persuasissimum haberet. Qua de re infra dicetur explicatius.

modo summatim expediri licet, quoniam singula non satis cognita habemus. Quibusnam ille studiis literarum, iisne, quae ad humanitatem, an iis, quae ad religionem pertinent, in academia Ingolstadiensi potissimum se dederit, certo quidem dici non potest; sed tamen veri simillimum est, eum tunc, praeterquam quod nobiles quosdam juvenes erudiret atque doceret [32]), in eo ante omnia elaborasse, ut totum se literis sacris involveret, quarum quam exquisitam ac plenam consequutus scientiam sit, numerosa ejus scripta, inde ab anno 1522. evulgata, optime loquuntur. Atque haud scio, an tunc ipsum Joannem Reuchlinum, qui temporibus illis Ingolstadii linguam graecam et hebraeam professus est, aliquamdiu magistrum habuerit literarum hebraearum, quibus postmodo, ut temporibus illis, doctissime eruditum se praestitit. Sed quoquo modo sese illud habet [33]), id neminem fugit, eodem illo

32) Cujus rei testis Luc. Osiander exstat, *l. l.*

33) Quod equidem non video, quomodo ad liquidum perduci possit, nisi una cum anno, de quo non ambigitur, mensis ejusdem anni eruatur, quo Ingolstadio decesserit Osiander. Namque per occasionem belli calamitosi, Ulrico, Duci Virtembergensi, cum Foedere Suevico a. 1519. suscepti (vid. E. Muenchius in libro: *Franz von Sickingen's Thaten, Plane, Freunde und Ausgang.* [*Stuttgard.* 1827. *sqq. Voll. III.* 8.] *Vol. I. p.* 99. *sqq.*), Joannes

tempore pertinaces Lutheri cum Jo. Eccio concertationes, per occasionem promulgatarum ab illo adversus indulgentias pontificias thesium exortas, totam Germaniam nominis sui fama implevisse, motumque animorum magnum aeque atque varium excivisse. Qua de re nihil attinet hoc loco fusius disserere, praesertim quum haec omnia ab aliis jam perdiligenter exposita sint [34]. At

---

Reuchlinus, qui literarum hebraearum in Germania tunc fere princeps fuit, Stuttgardia expulsus, Guilielmo, Bojorum Duce, auctore et suasore, Ingolstadium se recepit. Qua in urbe non ita multo post accessum suum, quum in civitatem adscriptus academicam esset (d. 21. m. Novemb. a. 1519), ne monentis Ducis Bojorum voluntati non obsequeretur, inde a d. V. Mart. a. 1520. literas graecas et hebraeas ducentorum aureorum mercede profiteri coepit. (Consule E. Theod. Mayerhoffium in libro, qui inscribitur: *Johann Reuchlin und seine Zeit. Berolini*, 1830. 8. *p.* 234—244). Quod si quis, Osiandrum egregio hoc viro aliquamdiu praeceptore usum esse, probabiliter demonstrare voluerit, sponte apparet, id illi inprimis agendum esse, ut, Nostrum ante diem tertium Nonas Martias Ingolstadio nondum discessisse, certis luculentisque testimoniis planum faciat: id quod ego quidem conficere non possum, siquidem a necessariis hujus rei praesidiis sum destitutus.

34) Velut a Planckio (*Geschichte — unseres protest. Lehrbegr. Vol. I.* (*ed.* 2.) *p.* 180. *sqq. cf. p.* 105. *sq.*), a Chr. Guil. Spiekero (*Gesch. Dr. Martin Luther's und der durch ihn bewirkten Kirchenverbess. in Deutschl. Vol.* 1. *Be-*

vero non facile erit, quin scire aveat, utrum Osiander temporibus illis ad causam se Eccii, quocum ipse multis post annis acerrimas gessit simultates [35], adjunxerit, necne, quidve de consiliis atque conatis Lutheri adversus pontificiam disciplinam judicarit senseritque. Sed hoc quale

---

rolini, 1818. 8. *p.* 310. *sqq. p.* 413. *sqq.*), a Marheinekio (*Gesch. d. teutschen Reformation* [*ed.* 2. *IV Voll.* 8. *Berolini*, 1831—34.] *Vol.* I. *pag.* 123 *sqq.*) et permultis aliis.

35) Quibus de causis exstiterint hae simultates, quae ab utraque parte summa objurgationis vehementia exercebantur, infra breviter exponetur. Pertinet huc libellus Eccii perquam rarus, qui inscribitur: *Christenliche vnderricht Mit grund der gschrifft, wider die Angemassten setzer vnd angeber, vermainter Newer Kirchen Ordnung, Jüngst in der obern Marggrafchafft vnd Nürmberger gebiet, Im* 1533. *Jahr aussgangen. Wa sich die selbigen, zu verfierischem nachtail viler menschen, selbs geirrth, vnd gröblich gefält haben. Durch Doctor Joann Ecken mänigklichem, Auss rechter Christenlicher brüderlicher trew vnd lieb, zu trewer warnung In Eyl gemacht. Ingolst.* 1533. *mod. max.* (Argumentum hujus libelli accurate descripsit I. B. Riedererus in *Nachr. zur Kirchen-, Gelehrten- und Bücher-Gesch. Vol. IV. p.* 457. *sqq.*). De libro Osiandri ad confutandum Eccium emisso vide *Auctarium ad h. l. p.* CCXXX. *n.* 39. *cf. p.* CCXVI. *n.* 30. Vitam Eccii breviter ennarrat Rotermundus in libro: *Erneuertes Andenken der Männer, die für und wider Luther's Reformation gearbeitet haben* (*Brem.* 1817. 8.) *p.* 251, *sqq.* Cfr. ejusd. *Gesch. des auf dem Reichst. zu Augsb. etc. p.* 386. *sqq.*

sit, ex monumentis, quae de rebus ab Osiandro gestis exstant, non discimus. Quare ego, illum in academia Ingolstadiensi cum iis stetisse, qui, velut Reuchlinus, Eccio voluntate alienati, violentos hujus hominis impetus in Lutherum factos tectius apertiusve improbarent [36], non ausim pro certo affirmare, quanquam contrarium nemo poterit probabiliter demonstrare. Jam quum Ingolstadii studiorum spatia decurrisset, Reuchlino ibi adhuc commorante [37], Osian-

---

36) In academia Ingolstadiensi illo jam tempore non omnino defuisse, qui non modo non cum Eccio, sed contra eum facerent, conatibusque ejus adversus Lutherum captis fortiter resisterent, vel ea argumento sunt, quae, auctore Thoma Venatorio in epistola a. 1520. mense Januario ad Bilibaldum Pirkheimerum data (vid. *Pirheim. Opp. ed. Melch. Goldast. Francof.* 1610. *mod. max.* p. 332), Eccio Ingolstadii acciderunt, quum scripta Lutheri comburere moliretur. Eorum summa paucis hisce Mayerhoffii verbis (*l. l. p.* 244) inest: *Eck machte zu Ingolstadt durch einen Anschlag bekannt, dass er die Schriften Luther's öffentlich verbrennen werde; aber Reuchlin und die freiere Parthei, zu denen schon ein grosser Theil der Academie gehörte, stellten sich ihm entgegen; und wenn gleich Eck sich besonders Mühe gegeben hatte, die Studirenden für seine Sache einzunehmen, so musste er doch bei allgemeinem Gelächter den Platz verlassen, ohne etwas anderes als Schmähungen vollführt zu haben.*

37) Reuchlinus ante mensem Aprilem a. 1521. Ingol-

der, incertum quo suadente vel admonente, anno 1520. Norimbergam commigravit, ibique, „presbyterii dignitatem nactus [38]),“ in coenobio Ordinis Eremitarum S. Augustini, tenui quidem sed sufficienti mercede, linguam hebraeam usque eo est professus [39]), donec ipsi a Senatu Norimber-

studio non decessit, ut videre est ex epistola ejus d. XI. April. a. 1521. ad Jo. Forsterum data. (Vide Mayerhoffium *l. l. p.* 244. *sq.*).

38) Haec verba ex narratione Luc. Osiandri huc transscripta sunt.

39) Apud Rotermundum (*Gesch. des auf dem Reichst. z. Augsb. etc. p.* 429. *sq.*) hoc reperio notatum: *Da er aber* (quoad in coenobio Augustinianorum linguam haebraeam docuit) *nicht mehr als freien Tisch und dreissig Gulden bekam, so musste er das Uebrige durch Seelenmessen verdienen.* Sed in his verbis positus error manifestus est. Qanquam enim, Osiandro pro opera lectioni hebraeae impendenda triginta quotannis aureos constitutos fuisse, non negaverim, tamen, illum ne ex missis privatis lucrum fecisse dicamus, ipse nobis severe interdicit hisce verbis, quae in *Apologia ejus contra libellum famosum etc. Lit. A.* 3. leguntur: *Ejusdem farinae propemodum est et alterum mendacium, quo me calumniator iste (Zuinglianus) deformare nititur, cum blacteret, me macra juscula (ut ipsius verbis utar) ex missis privatis petivisse. Etsi autem, communi errore abreptus, non omnino nullas privatas missas peregi, victum tamen ex iis quaerere nunquam institui. Nam domi apud parentes, Norembergae vero apud Augustinianos, propter hebraeae linguae professio-*

gensi, quum tertium et vicesimum annum nondum egressus esset, munus concionatoris ad aedem Laurentianam [40]) mandatum est. Atque eo ex tempore in civitate Norimbergensi tantum operae ac laboris rei sacrae ad evangelicam disciplinam restituendae impendit, ut nominis inde celebritatem summam optimeque meritam per totam Germaniam sit consequutus.

---

nem, victum sufficientem habui, donec ad ministerium verbi vocatus sum. In qua vocatione jam totos fere viginti duos annos ab omnibus missis privatis liber et immunis persevero.

40) De templo S. Laurentio consecrato Norimbergensi nonnulla leguntur apud Hirchium in *Diptych. eccl. Laurentianae, p. 3. sqq.*, ubi etiam sacrum hoc aedificium, quod magnifico plane apparatu exstructum est, aeneae incisum tabulae spectatur.